



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**  
**Salisburgi, 1693**

Approbatio Facultatis Theologicæ Salisburgensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

APPROBATIO  
FACULTATIS  
THEOLOGICÆ SALISBURGENSIS.

**P**rodit iterum COLLEGIUM Adm. R. Clariss. P. LUDOVICI ENGEL, quod antea per *Partes*; nunc totum. plenâ facie *Collegialiter* collectum, unum *Corpus, Corpori* Juris conformatum, in lucem venit. Quanquam autem jam trinis prius Approbationibus Theologicis; imò communi Doctorum expectatione, calculo, plausu, receptum, probatum. in scholâ, foro libris allegarum, approbatione non egebat: tamen, quod in *majori formâ* prodit; etiam in *majori & meliori formâ*, in *Folio* nempe (quidni & ex folio Sybillæ) commendari debuit. Ego uno verbo absolvo. *Angelicum* ab *Auctore*, doctrinâ, puritate, & claritate, sive *Corpus*, (si sic loqui liceat) sive *Collegium*, dico: Dignum non tertio tantum, sed centesimo prælo. Sic sentio: sic, quod bis olim probavi, approbo & judico. Salisburgi. Jan. 1681.

*In vicem spectabilis D. DECANI Facultatis*

P. JOSEPHUS MEZGER, Ord. S. Benedicti ad S. Petrum Salisb. Professor & Prior, SS. Theol. & J. U. D. Celsiss. & Rev. Princip. & Archiep. Salisb. Consiliarius Ecclesiasticus, in Universit. Salisb. Procancellarius & S. Scripturæ Professor Ordinarius.

APPROBATIO.  
FACULTATIS  
JURIDICÆ SALISBURGENSIS.

**P**rasens Liber nunc secundum ordinem Decretalium distributus commendatione non indiget, quia ipsum Excellentia Authoris *Angeli* abundè commendat, qui magnum Universitatis hujus lumen, & ingens Facultatis nostræ decus extitit, jure proinde optimo Opus hoc *Angelicum*, roties desideratum & publicè utile publicam lucem meretur. Ita censet

*Salisb. 14. Januarij. Anno 1681.*

JOANNES BAPTISTA MOSER, J. U. Doct. Celsissimi ac Reverendiss. Principis & Archiep. Salisb. &c. Consiliarius Aulicus Pandectarum Professor Ordinarius, & p. t. Facult. Jurid. Decanus.

XX

SE.